Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



huius rei testes sunt. Dominus Chunradus quondam Abbas. Dominus Kuedlibz. Dominus Petrus dominus Ortlevgus frater Leo in Hedreistorf. Fritz Wilunto de Geyslawe. Lauci Aigel. Chunrat Slunt. Hainricus filius suus. Hainricus filius Ebni. Chunrat. Chunradus cerdo. Albero frater suus. Datum in Chrems. Anno domini M°. CC°. LXX°.

Nolo tamdiu quod soror Margareta de Hedreistorf vnam vineam de predictis trib vineis de quibus prescriptum priuilegium Chunradi ciuis de Chrems loquitur ad dies suos tamtum tenet. videlicet eam vineam que iuxta Zeizelpg in loco qui vulgariter an dem Roten Jeuh dicitur vel vocatur. post mortem aut predicte sororis Margarete ad dicta vinea ad Zwetlense monasterium reuertetur.

Ne questiones absolute reuuiscant. et ne morbus pacientie reciduum. oportet actis causarum scripture testimonio phemiari. Nos igitur Dietricus et Gerdrudis sororum volumus vniuersos presentes ac futuros presentem litteram audituros. quod nos una cum omnium amicorum omnium voluntate ac libera mente fratri Ottoni de Gundramstorf ac toti conuentui venerabilium fratrum in Zwetla vineam quandam dictam in vulgari vælderweingart resignauimus tam solute ac renunciauimus omni iuri quod hactenus habebamus in eadem vinea unde tali conditione quod predicti fratres iam tunc amodo quiete debeant et in omni sue potuerint possidere. Et quicumque nostrum sive nostrorum heredum nostrorum aut amicorum aliquis deinceps de tali vinea impeticionem mouit aut querelam Judicii in Gundramstorf. vnum talentum denariorum et Plebano eiusdem loci totidem assignabit. Et vt huius resignationis abrenuntiatio ritam habeat et perpetuam firmitatem nec ab aliquo reuocari ualeat successore. Sigillo domini Dietrici Decani de Gedlico presens est litera solidata. Huius rei testes sunt. Hainricus decanus lib. Dominus Chunradus plebanus de Gundramstorf. Deinhardus de Jeundorf miles. Vlricus puer. Sifridus Hanel. Leupoldus trivschel. Hartnich Orter. Hayno et alii quam plures. Acta sunt hec in die Palmarum. Anno domini M°. CC°. LXXVIII°.

Actus mundi cum mundo labitur nisi viuaci litterarum firmitudine perhenniter. Ea propter nouerint vniuersi subiectam paginam inspecturi quod ego Hertlinus et vxor mea Elleis vna cum filiis meis Eberhardo et Chunrado necnon Alberto vxoris mee germano et Pehta sorore sua Cenobio venerabilium fratrum in Zwetla quandam aream sitam in Gundramstorf coram viris honestis solute resignauimus ac libera voluntate qui aput Hainricum Halphas emptione rationabili comparauit abrenuntiantes omni iuri quod huic in eadem area iudebamus ita quod aream prenominatam fratres predicti quiete debeant et in omnem perpetuo possidere. Et quicumque nostrum sive nostrorum heredum aliquis deinceps de ipsa area impeticionem mouit aut querelam Judicii dabit in Drelschirchen vnum talentum denariorum et Plebano in Gundramstorf totidem denarios assignabit. Et vt nullus successoris imperitas debeat in posterum huius questionis negocium iniuriare sepedictus Hainricus dictus Halphas et eius vxor Pehta tenentur iuxta premissionis sue voluntatem predictam aream vero pretentionis titulo defendere firmiter et tueri. Vt autem hoc negocium stratum in suo vigore stabile perseueret nec ab aliquo reuocari ualeat successore sigillum domini Ottonis Decani venerabilis in Gedlico munimine presens est litera munita. Huius rei testes sunt. Dominus Chunradus Plebanus de Gundramstorf. Gerinhardus de Neundorf miles. Otto pitze. Gundolfus de Lahsendorf. Vrlevgus. Rumbtus de Drelschirchen. Bertgus de Gedlico. Pehtoldus dictus Gul